53. *Aus dem Verzeichniss der Tafelgüter der Aebtissin zu Quedlinburg. ca. 1280.*

Item nova civitas ad dominam abbatissam dinoscitur pertinere.

Gedruckt bei Erath 272.

---

54. *Irmengard, Aebtissin des Klosters auf dem Münzenberge, bekennt, dass sie unter Zustimmung des Convents den Kürschnern der Stadt Quedlinburg zwei am Kirchhofe von S. Benedicti gelegenen Markthallen gegen Erbenzins überlassen habe. 1281. Jul. 1.*

In nomine domini amen. Ermegardis, dei gratia ecclesie sancte Marie in Monzingeberghe abbatissa, omnibus in perpetuum. Ne super hiis, que facta sunt a nobis, dubietatis scrupulus oriatur, eapropter recognoscimus et tenore presencium notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos duas staciones, que hallen vulgariter nuncupantur, in civitate Quidelingeborch sitas, cimiterio B. Benedicti contiguas, ad nostram ecclesiam proprietatis titulo pertinentes, dicte civitatis pellificibus sub annua pensione jure emphiteosi, quod vulgariter ervethins dicitur, de consensu unanimi et pari voluntate tocius nostri conventus presenti scripto duximus porrigendas, indulta nichilominus eisdem pellificibus libera facultate de predictis stationibus sive hallis, quod eis placuerit et expediens visum fuerit, ordinandi, ita videlicet ut inde magistri pellificum qui forent pro tempore singulis annis certo in tempore, scilicet in nativitate b. Johannis Baptiste, nostre persolvant ecclesie tercium dimidium fertonem usualis argenti. In hujus rei testimonium et robur perpetuo valiturum duo scripta tenorem unum habencia conscribi et ecclesie nostre sigillo nec non sigillo civium prescripte civitatis Quedeling. fecimus communiri, quorum unum sepedictis pellificibus porreximus, alterum nobis duximus reservandum. Factum anno gracie MCCLXXXI. Kal. Julii indict. IX.

Original mit zwei Siegeln im Staats-Archive zu Magdeburg s. R. Quedlinburg C, II, No. 34.
Gedruckt bei Erath 274.

---

55. *Die 'consules d. Johannis Luckardi judex, Johannes Daz, Johannes Smalt magistri civium, Conradus de Blankenborg, Fredericus Pistor, Henricus de Ammendorp, Bernardus de Heghelen, Johannes Hartnici, Conradus de Soltove, Conradus Molendinarius, Conradus et Johannes de Haslevelde, Bernardus Zabel, Johannes Mabel et alii quam plures fide digni' sind [letzte] Zeugen in einer Urkunde der Aebtissin und des Propstes von Quedlinburg über die Erwerbung der Schiffsmühle (molendinum quod ad naves dicitur). 1284. Febr. 18.*

Acta sunt hec anno domini MCCLXXXIIII feria sexta post Exurge, duodecima indictione.

Gedruckt bei Erath 276.

---

http://digital.slub-dresden.de/ppn35818617X/53